

¶ Hinc hominis effigiem ære fusam in Carinthia cōpertam esse intelleximus. quem admodum uidere licet in Antiquitatibus Carinthianis, Verum cōiitio tractam esse Salisburgam mandato & iussu Reuerēdis. Cardinalis Mathei Archiepiscopi Salisburgeni, nam quod multis annis cōstat antiquitatū summus cultor & admirator, ut & doctorū uirorū Meccenas Maximus fuit, ob id & ad monumenta salisburgensia adimprimere lubitum est. & ne quid desideretur, addidimus etiam interpretationem quam nacti sumus, in quo iudicium vniuscuiusq; expectamus, tñ nec hoc tacebimus, quod exemplaria dissentiunt, nam in vno deprendimus longitudinem fuisse .IX. pedum, in alio vero .VI. pedum geometricorū tantum & quartæ partis.

